

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM DIOECESIS BRIXINENSIS.

PARS HIEMALIS.

Die 13. Decembris,

(Brixinae.)

S. Othiliae V.

Duplex.

Oratio.

Praesta quaesumus omnipotens Deus: ut beatae Othiliae Virginis tuae sollemnia recensentes; meritis ipsius protegámur et precibus. Per Dóminum.

Pro com. oct.

Ant. Hódie egressa est virga de radice Jesse: hódie sine ulla peccáti labre concepta est Maria: hódie contritum est ab ea caput serpentis antiqui, allelúja. *V.* Immaculáta Conceptio est hódie sanctae Mariae Virginis.

R. Quae serpentis caput Virgineo pede contrivit

Oratio.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum praeparasti: quaesumus: ut quae ex morte ejúsdem Filii tui praevisa, eam ab omni labe praeservasti, quoque mundos ejúsdem intercessióne ad te pervenire concedas.

Pro com. s. Luciae V. M.

Ant. In tua palatella possedisti animam tuam Lúcia sponsa Christi: disti quae in mundo sanguine proprio inhaesisti cum vicisti. *V.* Diffusa

Oratio.

Quaudi nos Deus salutáris noster: ut sit de beatae Lúciae Virginis et Mártiris tuae stivitate gaudémus; ita devotionis erudiáur afféctu. *Ps.* 39 sequenti

ultimo com. ter. sequenti

I. Nocturno. Lectiones de scriptura occurrente.

II. Nocturno. *omnis*

Lectio iv.



Othilia, suae decus et praesidium pátriae, Athici, Isátae Ducis, et Berenidae primogénita sóbort fuit; sed, quod caecis oculis nata esset, a parentibus reputatam mater manior clam nutriciendam tradidit. Post Balménsi parthenio und procul Vesuntione lucata divinisque eruditissimis, crevit atáte sapientia. Jam adulta, cum a beato Ephaardo resule baptizátur, visum maculo accipit. Interfectis aliquot annis, pá-

ternam in dómum et gratiam redititur: ibi quidquid mundus amat despiciens, inter amplissimas opes paupertátis amorem, in medio aethertum illu solitum inem nachoretarum retinebat; nuptiasque constanter aversata, a patre oblituit, ut sibi liceret cum aliis virginibus Deo se in perpetuum consecrare: Quare Atticus in vertice excelsi montis sacram sedem et monasterium aere suo excitávit, latos eidem fundos et praedia concessit, Othiliamque ei regéndo praeposuit.

R. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: *Ps.* Et deducet temirabiliter dextera tua, *V.* Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna. Et deducet.

Oratio. Lectio v.

Vix dum patuerat hoc sancitati asyllum, cum ingens eo affluxit virginum multitudo. Cen-

tum triginta fuisse traditum est. Hæ primum nullis religiosæ vitæ legibus adstrictæ erant; Othliam imitari pro legibus habebatur. Deliberantibus postmodo cuiusnam se regulæ addicerent, monasticæ an canonicæ, sapientissima Præses, suadente loci natura, hanc alteri prætulit. Cum vero esset in omnes lenis, se solam durius tractabat: pane hordeaceo et aqua, subinde modico legumine tolerabat vitam. In rerum divinarum contemplatione defixa vigilabat per majorem noctis partem; quod supererat quieti datum: pellis hirsuta pro lecto, saxum pro pulvinateo nari erat.

R. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ. **V.** Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam. Propterea unxit.

LECTIO VI.

Inter hæc, materno erga pauperes et infirmos amore, aliud monasterium amplumque xenodochium in infimo cliwei exstruxit, quo facillime inopes et debiles periculum invenirent. Illic non solum sacras virginum collocavit, quæ operam suam navarent miseris, sed etiam ipsa quolibet eos invisèbat, cibis, quæ pavèbat leprosorum utiliter, cera suis manibus fovèbat. Tandem, mèritis, annique gravis, cum se morti vicinam intelligeret, suos sodales in sacellum sancti Joannis Baptistæ convocat: hortatur, ut propositi tenaces, arcellorem cœli viam nunquam deserant. Accepto deinde ibidem corporis et sanguinis Christi viatico, vita cessit. Idibus Decembris, anno, ut probabilis traditur, septingentesimo vigesimo. Corpus Virginis in eodem sacello

conditum est, statimque pulchrum ejus maxima generatione coli ac miraculis clarere coepit. Sarcophagus ejus ossa, ultimis sæculi decimi octavi annis a viris piis celata, hodie Nonas Octobris anni millesimi octingentesimi tumulo restituta, quarto Nonas Maji anni millesimi octingentesimi trigésimi sexti sub Joanne Francisco Maria, episcopo Argentinensi, recognita hodie in ejusdem sacelli altari honorifice jacent et magno populi concursu coluntur. Virginis vero sacrum caput in majori Ecclesia vicinensi devòte cõlitur et asservatur.

R. Afferentur Regi Virgines post eam, proxime ejus * Afferentur tibi in lætitia et exultatione. **V.** Spécie tua et celsitudine tua, invidende, prospere procede, regna afferentur. Gloria Patri. Afferentur. **III.** Nocturno Homilia in

Evangel. Simile erit regnum de Communi Virg. 1. loco.

PRO S. LUCIA V. M.

LECTIO IX.

Lúcia, virgo Syracusana, genere et christiana fide nobilis, Cætanam ad beatæ Agathæ sepulcrum, Eulichie matris, sanguinis fluxu laborantis, sanitatem impetravit. Mox, bona omnia, quæ in dotem esset acceptura, a matre impetrata, pauperibus distribuit. Quare apud Paschasium præfectum, quod christiana esset, accusata, nec blanditiis nec minis adduci potuit, ut idolis sacrificaret. Tunc Paschasius ira inflammatus, Luciam eo trahi jussit, ubi ejus virginitas violaretur: sed divinitus factum est, ut firma Virgo ita consisteret, ut nulla vi de loco dimoveri posset. Quam ob rem præfectus circum ipsam ignem accendendam peravit: sed cum

ne flamma quidem eam léderet, multis torméntis ex cruciálæ guttur gládio transfigitur. Quo vñhere accépto, Lúcia prædicens Ecclésiæ tranquillitatem, quæ futura erat Diocletiano et Maximiano mortuis, Idibus Decembris spiritum Deo reddidit: Cujus corpus Syracusis sepultum, deinde Constantinópolis, postremo Venétias translátum est. Te Deum.

Ad Land. com. s. Luciae V. M.

Ant. Columna es immóbilis, Lúcia sponsa Christi, quia omnis plebs te exspectat, ut accipias coronam vitæ alleluja. *V.* Spécie tua or. ut supra.

Deinde com. oct. BMV.

Ant. Ait Dominus Deus ad serpéntem: inimicitias ponam inter te et mulierem et semen tuum et semen illius: ipsa cónteret caput tuum, alleluja. *V.* et or. ut supra.

Ultimo com. fer.

In 2. V. com. seq. Ant. *V.*

Beátam me dicent omnes

generationes, quia loci mihi magna qui potens est, alleluja. *V.* et or. ut in 1. V.

Deinde com. s. Luciae V. M.

Ant. Tanto pondere eam fixit Spiritus sanctus ut virgo Christi immobilis permaneret. *V.* Spécie tua or. ut supra.

Ultimo com. fer.

Die 22. Decembris,

Beati Petri Canisii

Conf.

(d. a. ex heri),
Duplex (m. t. v.).

Oratio.

Dens, qui ad tuendam catholicæam fidem beatum Petrum Confessorum luum virtute et doctrina roborasti: concede propitijs; ut ejus exemplis et mónitis errantium corda ad salutem respiscant, et fídelium mentes in veritátis confessione perseverent. *P.* Dóminum nostrum.

Et sit com. fer.

In I. Nocturno *Lecl.*

Script. occurrit.

Quat. Temp. Lect. Beati viri de com. Conf. non est ex 1. loco

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Petrus Canisius Noviomagi in Geldria natus eo ipso anno, quo alhérus in Germania, penta rebellione, ab Ecclésiá descivit, et Ignátius Loyóla in Hispania, præstri militiá abdicata, præliándum prælii omni se cóntulit; Deo mirum portendente, nos ille posthac aduersarios, quem sacræ fíltiæ ducem esset habiturus. Colóniæ Agripinæ, quo studiorum casa concesserat, prius Germanórum Societati Jesu nomen dedit, sacerdotio auctus, homo pópuli Coloniensis clericus consensu, Geórgium Pontíficem adólessem, et ad Cælestium Quintum augustum reuersus Hermánum ar-

chiepiscopum, qui palam hæresim præ se ferébat, legátus est. Ob præcláram sapientiam et explorátum rerum usum a Cardináli Augustáno et a Pontíficis Legátis magnóperè expétitus, semel atque iterum Concilio Tridentino interfuit; cuius etiam decreta ex auctoritaté Pii quarti Pontíficis Máximi rite per Germaniam promulgánda, et in morem inducenda curávit. A Paulo quarto ad convéntum Pertrioviensem ire jussus, alisque a Gregório decimotério legationibus obediendis adhibitus, áleri semper et nunquam fracto a difficultatibus ánimo, gravissima religionis negotia tractándasuscépit, ac vel inter præsentia vitæ discrimina ad éxítum feliciter perduxit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus latávit illum: * Et dedit illi claritatem

eternam. **V.** Justum deduxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. Et.

LECTIO V.

Divinæ gloriæ amplifcandæ intentus, dici vix potest, quot per annos amplius quadraginta labores suscepit. ærum-nasque pertulerit. Cunctis fere Germaniæ regionibus peragratis, omne hominum genus saluberrimis institutis publice et privatim excolvit: pluresque urbes atque provincias vel ab hæreseos contagione defendit, vel hæresi infectas catholice fidei restituit. In Ratisbonensi et in Augustano conventu imperii præceres ad jura Ecclesiæ tuenda et mores populorum emendandos excitavit: in Vormatiensi insolescentes impietatis magistros ad silentium adëgit. Collegium Germanicum, quod Romæ constitutum fuerat, omni ope provèhere atque amplificare statuit: in acadé-

miis sacrarum humanarumque disciplinarum stúdia, miserandum in modum collapsa, instauravit; contra Centurionæ Magdeburgenses plura egregie conscripsit et Summam doctrinæ christianæ, theologicæ iudicio et pùblico comprobatam, aliàque rudiorum institutione aptissima in vulgus edidit. A sancto Ignatio Germanicæ provincie moderandæ præfectus, de mos et collégia multa in locis condidit, et evangelicos operarios in omnem Germaniam ad errores stirpitus extendendos serendàmque partem. Quam ob hæreticorum malleum Germaniæ apóstolus appellatus, et plane dignus habitus est, qui ad tantandam in Germania religionem datus divinitus putaretur.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: illam gloriæ induit

Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. Et.

LECTIO VI.

Inter hæc præcatione crebra et assidua rerum operarum commentatione Deo se conjungere solitus erat: quin etiam noctes sæpe integras persus lacrimis et abducto sensibus animo orationi dabat. A viris principibus et a quatuor omnibus Pontificibus maximo in honore habitus, deo de se demisse senabat, ut se omnium minimum et diceret et aberet. Viennensem episcopatum semel, iterum de lertio recusavit: nec lægerrime adduci potuit, ut illius Ecclesiæ procuratorem per annum exerceret. Moderatibus suis obsequentissimus, paratus erat ad quorum nutum omnia relinquere, aut aggredi, cum eum valeitudinis vitæ periculo. Virgini-

tatem, quam adolescens Deo voverat, voluntaria sui ipsius coërcitione perpetuo sepsit. Deum Fridurghi Helvetiorum, ubi plurimum pro Dei gloria et salute animarum desudaverat, migravit ad Deum, duodecimo Kalendas Januarii, anno millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, ætatis suæ septimo supra septuagesimum. Mòrtuo, tanquam parenti pùblico, civitas universa concursu prope incredibile et multis lacrimis parentavit. Sepulchrum ejus prodigiòrum fama duobus amplius sæculis tota Germania inclavit: e quibus quatuor rite probatis, Pius nonus Pontifex Máximus strenuissimo catholice veritatis propugnatori cœlitum beatòrum honores decrevit.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus et dixit ad eum: Ingrédere in requiem

meam : * Quia te vidi
justum coram me ex óm-
nibus géntibus. V. Iste
est, qui contempsit vitam
mundi, et pervénit ad
celestia regna. Quia.
Gloria Patri. Quia.

In III. Nocturno Homilia in
Evangel. Nolite timere de
Communi Conf. non Pont.
2. loco.

In Laud. fit com. feria.
V. a cap. de seq.

Die 23. Decembris.

Beati Hartmanni

Episc., Conf.

Duplex.

Oratio.

Da, quésumus omnipo-
tens Deus: ut beáti
Hartmánni Confessóris
tui atque Pontíficis ve-
neránda solémnitas: et
devotiónem nobis áugeat
etsalútem. Per Dóminum.
Et fit com. præc.

Ant. Hic vir despicieus
mundum et terréna tri-
úmphans divítias celo
cóndidit ore manu.

V. Justum.

Oratio ut supra.

Último com. fer.

In I. Nocturno Lect. de
Script. occurrente. In Quat-
Temp. Lect. Fidealis sermo
de communi Conf. Pont. I
loco.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Hartmánnus, in vi-
cinia urbis Pa-
saviénsis in Ba-

vária honestis paréntibus
natus, a primis annis Ca-
nónicis reguláribus sancti
Augustini in Monasterio
sancti Nicolái prope eum-
dem urbem literis et
bonis móribus imbutus
dustráditur. Adúltate
se Deo per religiosa vo-
ta ibidem mancipavit.
moxque virtutum laude
mirum in modum efflu-
ruit. Quum ergo Conra-
dus Archiepiscopus Sa-
lisburgénsis, Cleri mo-
mores reformaturus, ve-
núdi normam a sancto
Augustino præscriptam
in ecclésiám suam in-
trodúcere meditáretur,
Hartmánnus ab eodem
pro óperis tam sancti

executióne deléctus, et
Ecclésiæ Metropolitánæ
Decanus institútus est.
Pósito ibidem pietátis
fundaménto ab eódem
Archiepiscopo ad Præ-
posituram Monasterii
hiemseénsis translátus
bí quoque verbo et ex-
emplo vitam vere apo-
stólicam restaurávit, et
ostmodum sanctus Leo-
oldus Austríæ Márchio
eundem ad régimen clau-
stri Neoburgénsis a se-
rens fundáti postulávit.
R. Invéni David servum
meum, óleo sancto meo
unxi eum: * Manus enim
eá auxiliábitur ei. V.
Nihil proficiet inimicus
eo, et filius iniqui-
tatis non nocébit ei.
Hannus.

Lectio V.

In omni, quo commorá-
tus fuerat, loco tam
reclára virtutum ac-
tudentiæ specimina de-
dit, ut defuncto Regi-
no Ecclésiæ Brixinén-
Episcopo, communi
annium suffrágio in ejus
locum adscelus fuerit. Ex-
pávit vir Dei, et ne áni-
mæ suæ honor abésset,
eándem in victu fruga-
litátem et in vestitu mo-
destiam semper retinuit.
Ut vero inler Episcopá-
tus curas aléndæ foven-
dæque pietáti recessum
habéret, prope civitátem
Collégium Canonicórum
Regulárium Neocellense
ædificándum curávit, Re-
ginbértum de Savióna ad
institutiónem pérmovens,
quam ipse multis bene-
ficiis adáuxit. Monasté-
rium hoc Canónicis Clau-
stro-Neoburgo adscitis
tráditum et Ecclésia ti-
tulo Dei Genitricis Ma-
riæ, cujus Hartmánnus
singuláris semper cultor
erat, consecráta fuit. Pau-
cis post annis Richéro
Ecclésiæ Brixinénsis Ca-
nónico auctor simulque
adjútor fuit, ut hospitále
sanctæ crucis pro páu-
perum peregrinántium
sólatio Brixinæ ædifica-
retur. Friderico primo Im-
peratóri ob egrégias vir-

tutes acceptissimum eidem a confessionibus et consiliis fuit, sed ubi dem Imperator pervēsis nefariorum fraudibus schismati involvebatur, Hartmānus unacum Archiepiscopo suo Eberhārdo legitimo Pontifici Alexandro Tertio adhārens, nec minus nec promissis ad sequendas aliēnas partes induci pōtuit.

R. Pōsui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus. Lectio vi.

Quum ergo Ecclesiam suam per annos viginti quatuor sanctissime rexisset, et mira haud pauca patrasset, die proxima ante vigiliam Nativitatis Dōmini, peracta prius humilissima peccatorum confessione, oblatōque inveniēto sacrificio repentina apoplexia correptus piissime obiit anno

millesimo centesimo sexagesimo quarto. Corpus ipsius in Ecclesia Cathedrali Brixinensi ante altare sancti Stēphani sepultum per Eberhārdum secūndum Archiepiscopum Salisburgensem annis post obitum sexaginta tribus elāpsis in locum magis honorificum translātum est, ac demum unacum reliquiis sanctorum Ingenuini et Albuli Episcoporum pārtier Brixinensium preliōsae saccae inclusum fuit. Commemorābili cultu inde ab obitu per saecula succedentia illi exhibito Pius Papa sextus die undecima Februarii anno millesimo septingentesimo quarto concessit, ut Clero Brixinensi in ejusdem honōrem Officium cum Missa recitari videret.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operātus est, et omni terra doctrina ejus

plēta est. * Ipse intercedat pro peccatis omnium populōrum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervēnit ad coelēstia regna. Ipse. Gloria Patri. Ipse.

In III. Nocturno Homilia in Evangel. Homo peregre de Communi 1. loco,

In Quatuor Tempor. Lectio IX. Homilia Feriae.

In Laud. et 2. Vesp. comm. feriae.

Die 7. Januarii.

Commemoratio

S. Valentini E. C.

Ant. ad Laud. Euge serve bone et fideiis, quia in pauca fuisti fidelis. supra multa te consultam, dicit Dōminus. **V.** Justum.

Oratio.

Da quāsumus omnipotens Deus: ut beāti Valentini Confessoris tui atque Pontificis venerānda solēmnitas; et devotiónem nobis āugeat et salutem. Per Dom.

Die 15. Januarii.

S. Romedii Confessoris.

Duplex.

Oratio.

Omnipotens sempiternus Deus, qui beatum Romēdium hujus saeculi voluptates et divitias spernere docuisti, eumque in solitudinem deduxisti: concede quāsumus; ut ipsius interventu terrēna despiciētes, coelēstia semper appetāmus. Per Dōminum nostrum.

Et fit Commem. S. Hilarii.

Ant. O Doctor optime, Ecclesiae sanctae lumen, beate Hilarii, divinae legis amator. deprecare pro nobis Filium Dei. **V.** Justum.

Oratio.

Deus, qui populo tuo aeternae salutis beatum Hilarium ministrum tribuisti: praesta quāsumus; ut, quem Doctorem vitae habuimus in terris, interessorem habere mereamur in caelis.

Deinde sancti Pauli primi
Epem. C.

Ant. Hic vir despiciens
mundum et terréna,
triumphans, divitias celo
condidit ore, manu.
V. Os justi.

Oratio.

Deus, qui nos beati
Pauli Confessoris
tui ánnua solemnitate
laetificas: concede propi-
tius; ut cujus natalitia
colimus, etiam actiones
imitémur.

Ultimo s. Mauri Abb.

Ant. Euge serve bone
et fídelis, quia in pauca
fuisi fídelis, supra multa
te constituam, intra in
gáudium Dómini tui.

V. Lex Dei ejus in cor-
de ipsius. **R.** Et non
supplantabúntur gressus
ejus.

Oratio.

Intercessio nos, quæsu-
mus Dómine, beati
Mauri Abbátis commén-
det: ut, quod nostris
méritis non valémus;
ejus patrocinio assequá-

mur. **Per Dóminum**
nostrum.

In I. Nocturno Lect. de Script.
occurr.

In II. Nocturno.

Lectio iv.

Romédus in loco
quem Thaur vo-

cant, ad sinis-
tram Geni inferioris pla-
nam nobilissimo genere
ortus Romam piam pere-
grinationem insiit, sa-
cras Mártyrum reliquias
ihídem veneráturus. Tri-
déntum reversus, et de-
strictiori vitæ instituto
cappessédo deliberans,
suis perámpnis ópibus
Tridentinam et Augusti-
nam Ecclesiám donávit,
Deinde Dei instíctum in
hórridam solitudinem a-
pud castrum Tavóni in
Anáunia, juxta locum ubi
Sisinus, Mártyrus et
Alexánder pro Christi
nómine sánguinem effu-
derunt, secéssit.

R. Honestum fecit illum
Dóminus, et custodivit
eum ab inimicis, et

educatoribus tutávit il-
lum: * Et dedit illi cla-
ritátem aeternam. **V.** Jus-
tum dedúxit Dóminus
per vias rectas, et os-
téndit illi regnum Dei.
Et dedit.

Lectio v.

ubi cum Abraham et
David sócis suis, ás-
seram quidem, sed di-
tino servitio et coelé-
stium rerum contempla-
tione suáven vitam du-
xit, ibique beáto fine
vivévit. a Deo, cui fíde-
ter adhæserat, clarificá-
tus. Pópuli autem dor-
mitionis ejus locum ma-
no honóre prosecúti
sunt; ubi célebre Sanc-
tárium exstruxérunt,
quo fídeles ex díssitis
tiam regiónibus fervéti
volóne conveniunt,
sábi Romédui opem im-
oratóri. Quam devo-
onem ut augérent,
omni Pontífices sacris
dulgéntiis Sanctuárium
dárunt et privilégjis ex-
nárunt.

R. Amávit eum Dómi-

mus, et ornávit eum: sto-
lam glóriæ induit eum, *
Et ad portas paradisi
coronávit eum. **V.** In-
duit eum Dóminus hori-
eam fidei, et ornávit
eum. **El.**

Lectio vi.

Sermo sancti Máximi
Episcopi.

Ex Hom. 59 de S. Ensebio. 2.

Beati Romédui mérita
jam in tuto pósita
securi magnificémus: qui
gubernáculum fidei viri-
liter tenens, áncoram
spei tranquilla jam in
statióne compósuit, et
plenam coeléstibus divi-
tatis et aetérnis mércibus
navem optáto in littore
collocávit: qui contra om-
nes adversários seutum
timóris Dei tándiu infá-
tigabiliter tenuit, donec
ad victóriam perveniret.
Quid enim fuit totus vi-
tæ illius cursus, nisi unus
cum vígili hoste con-
flíctus?

R. Iste homo perfécit
omnia, quæ locútus est

ei Deus et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam. * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. *V.* Iste est, qui contémpsit vitam mundi et pervénit ad coeléstia regna. Quia. Glória Patri. Quia.

In III. Nocturno Homilia in Evang. Ecce nos reliquimus de communi Abb. 1. loco.

Pro s. Paulo 1. Erem.

Lectio IX.

Paulus, Eremitárum auctor et magister, apud inferiorem Thebáidem natus, persecutióne Déicii et Valeriani seviénte, in erémi spelúncam se cóntulit; ubi palma ei victum et vestítum præbénte, sanctissime vixit ad centésimum et décimum tertium annum, quo témpore ab António nonagenario invisitur. Hunc Paulus humanissime excepit, mox, sanctis sermonibus in multam noctem productis, admónuit de morte, quæ

sibi instáret, similitque hortátus est, ut pállidum quod ab Alhanasio ac céperat, ad involvendum suum corpus afferret. Quod dum Antónius præstábat, rédiens ex illis vidit Pauli ánnimam cælum ascénderé; corpus vero in cella répositum similitudinem orationis reddens. Quod, comóestissimus, hymno amore decantátis, pállidum obvolvisset, nec quo te ram fóderet, habebat duo leónes ex interiori parte solitudinis venientes, unius hóminis capicem locum effoderunt. Tum Antónius, humilicórpore ac tímulo composito ábiti, thesaurum Pauli ex palmárum foliis contéxtam secum detulit; quo vestitu diebus solennióribus Pasche usus est. Te Deum In Laud. com. s. Pauli. Ant. Similábo eum sapienti, qui ad thesaurum suam

tram. *V.* Amávit Or. Deus qui nos ut supra. Deinde s. Mauri Abb.

Ant. Hic vir despicieus mundum et terréna triumphans, divitias cælo condidit, ore, manu. *V.* Iusti or. Intercessio. In 2. V. com. seq.

Ant. Iste sanctus pro rege Dei sui certávit usque ad mortem et a verbis impiórum non tímuit; fundátus enim erat supra firmam pelram. Glória et honóre.

Oratio.

Preces pópuli tui, quæsumus Dómine, clementer exáudi: ut beáti Marcelli, Mártiris tui atque Pontíficis méritis adhibéamur; cujus passióne iudámur.

Deinde s. Pauli 1. Erem.

Ant. Similábo *V.* Amávit or. ut supra.

Oratio

Preesta quæsumus omnipotens Deus: ut intercedente beáto Eusebio Mártire tuo et a cunctis adversitatibus liberémur in corpore; et a pravavis cogitátionibus mundémur in mente. Per Dom.

Deinde com. præc.

Ant. Veni sponsa Christi, áccipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum. *V.* Diffusa.

Oratio.

Deus, qui inter cætera poténtiæ tuæ miracula étiam in sexu frá-gili victóriam mártýrii contulisti: concede propitius; ut qui beátæ Martínæ Virginis et Mártýris tuæ natalitia cõlimumus, per eius ad te exémpla gradiámur.

Ultimo com. s. Petri Nolasci C.

Ant. Similábo eum viro sapienti, qui edificávit domum suam supra petram. *V.* Amávit.

Die 31. Januarii.

S. Eusebii Mártýris.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui in luce caritatis exemplum ad fidei redemptorem sanctum Petrum Ecclesiam tuam nova prole fecundare divinitus docuisti: ipsius nobis intercessionem concede; a peccati servitate solutis, in celestipatria perpetua libertate gaudere: Quivivis.

In II. Nocturno.

Lectio IV.

Fusebins, patria Scotus, professione monachus ordinis sancti Benedicti, in monasterio sancti Galii, solitarie vite amore in montem sancti Victoris Martyris, paulo ante dono Caroli Crassi monasterio a se acquisitum, in Curiensi Rhæta super vicum Rauthinum, de sui Abbatis Hartmuthi licentia concessit. Licet autem montis hujus antro propria sponte vellet includi, plurimi tamen hominum, sive salutis accepturi

monita, sive quæsituriosalata, frequenter ad eum ventitabant, quos ille propria pietate nunquam nisi lætos a se dimisit: hinc factum, ut regionem universam in sui amorem ac venerationem induceret.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Deo cenditque cum illo in roveam, et in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio V.

Et quamvis omnium vitæ titulum laude esset eximius, cibi tamen et potus abstinentia nullâ deo admirabilis, ut viderem Ægyptiorum Patrum morem, cibo mortificandæ gratia magis quam producendæ vilis admisso, in usum revocare videretur. Propheta quoque spiritu clarus

Lectio VI.

multis multa futura prædixit, cum ipsi Carolo, qui ejus rei gratia frequentius eum convenire consueverat, tum alteri quidam magnæ dignitatis viro Ysoni, cui super uxoris utero, quæ propria partui hericum sepeperisse, compluresque pueros ad evellendos ei stimulos accurrisse, somniâverat, ipsum consulenti respondit, pariteram filium, eum sancto Gallo devotum iri, ibidem, religiose educatum, magni nominis doctorem futurum et, disciplinis asperum, litteris et moribus juventutem imbutum: prout eventus comprobavit.

R. Desiderium animæ tribuisti ei Domine, Et voluntate labiorum non fraudasti eum.

V. Quoniam prævenisti eum in benedictionibus tuæ dænis: posuisti in capite ejus coronam de lapide pretioso. Et.

Post triginta tandem annos ex illo voluntario suo carcere prodit in publicum, non solitudinis lædio, sed in operariorum tanta penuria ad copiosam annuam messem divino ductus consilio. Toto igitur studio in vicini populi salutem incubuit, ut omnes, quantum in se esset, salutaris doctrinæ præceptis instructos. ad veri Dei cultum initiaret. Quod cum per provinciam ferventius faceret eademque sæpius inculcaret, quam quorundam improbi mores ferrent: in ejus necem conspiciunt, quam etiam non ita multo post intulerunt, capite falce foenaria demisso, quod suis ipsemet e terra sustollens manibus a martyri loco. Bræderis dicto, cunctis, qui aderant, stupentibus, illum suum mortem gestavit, in prædiecta sua eremo sepeliendum. Ita

sanctus Martyr anno
Dómini octingentesimo
octogésimo quarto prí-
die Kalendas Februa-
rias martyrium passus
ad lucem migrávit. per-
énnem. Eius reliquiae
in eódem monte apud
Frates Minóres Conven-
tuálum sancti Francisci,
magna fídelium venera-
tione asservatae, anno
millesimo septingentesi-
mo octogésimo sexto
Dominica quinta post
Pascha. pópuli multítu-
dine concurrénte, in mo-
nasterium sancti Galli
solemnissime translatae
sunt.

R. Stola jucunditatis
induit eum Dóminus *
Et coronam pulchritu-
dinis pósuit super caput
ejus **V.** Cibávit illum
Dóminus pane vitæ et
intellectus et aqua sa-
pientiae salutaris potávit
illum. Et Gloria Patri.
Et.

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii
secundum Matthæum.

Lectio vii. Cap. 10. c.

In illo témpore: Dixit
Iesus discipulis suis
Nihil est opertum, quod
non revelabitur, et oc-
cultum, quod non scit-
tur. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarii
Episcopi.

Comment. in **Math. can. 10.**

Dóminus diem ju-
dicii osténdit,
quæ abstrisum
voluntatis nostræ con-
sciéntiam prodet: et ea,
quæ nunc occulta existi-
mántur, luce cognitio-
næ publicæ déteget. Ignis
non minas, non consilia,
non potestates insectán-
tium monet esse iudicán-
das; quia dies iudicii
nulla hæc fuisse adque
inánia revelábit. Et quod
dico vobis in ténébris
dicite in lumine: et quod
in aure auditis, prore-
cáte super tecta. Non
légimus Dóminum sol-
tum fuisse nóctibus ser-
mocinári, et doctrinam
in ténébris tradidisse

sed quia omnis sermo
Ius carnálibus ténébræ
sunt, et verbum ejus in-
télibus nox est.

R. Coróna áurea super
caput ejus, * Expressa
signo sanctitátis, glória
honóris, et opus fortitú-
dinis. **V.** Quóniam præ-
venisti eum in benedic-
tiónibus dulcedinis, po-
nisti in cápite ejus co-
ronam de lápide pretíoso.
Expressa signo.

Lectio viii.

Itaque id, quod a se
dictum est, cum liber-
tate fidei et confessiónis
fuit esse loquéndum.
Ideirco quæ in ténébris
dicta sunt, prædicári jus-
tè in lumine: ut, quæ
secrétó áurium commissa
sunt, super tecta, id est,
excéso loquéntium præ-
cónio audiántur. Con-
tánter enim Dei inge-
rènda cognitio est, et
profúndum doctrinæ E-
vangélicæ secrétum in
lumine prædicatiónis a-
postólicæ revelándum:

non tímèntes eos, quibus
eum sit licéntia in cõr-
pora, tamen in ánimam
Ius nullum est: sed tí-
mèntes pótius Deum, cui
perdendæ in gehénna
et ánimæ et cõrporis sit
potestas.

R. Hic est vere Martyr,
qui pro Christi nómine
sanguinem suum fudit:
* Qui minas júdicum
non tímuit, nec terrénæ
dignitátis glóriam quæsi-
vit, sed ad coeléstia regna
pervenit. **V.** Justum de-
duxit Dóminus per vias
rectas, et osténdit illi
regnum Dei. Qui. Glória
Patri. Qui.

Pro s. Petro Nolascio C.

Lectio ix.

Petrus Nolascus, Re-
cáudi prope Carca-
sónem in Gállia, nóbili
gènere natus, adolescens
parentibus orbátus, Albi-
génsium hæresim ekse-
crans, divéndito patri-
mónio, in Hispániam se-
cèssit, ubi noctu oránti
ei beáta Virgo appárens,

Filio suo sibi que accep-
tissimum fore suggessit,
si ordo religiosorum in-
stitueretur pro captivis
ab infidelium tyrannide
liberandis. Quare una
cum sancto Raymundo
de Pennafort et Jacobo
primo rege Aragoniæ,
de eadem re a Dei Ge-
nitricæ ipsa nocte præ-
monitis, religionem bea-
tæ Mariæ de Mercède
redemptionis captivorum
instituit: sodalibus quarto
voto obstrictis, manendi
in pignus sub paganorum
potestate, si pro christi-
anis liberandis opus es-
set. Angeli custodis ac
Deiparæ Virginis appa-
ritionibus sæpere creatus,
cum ad bonam senec-
tutem pervenisset, piis-
sime obiit media nocte
vigiliæ Nativitatis Domini,
anno millésimo ducenté-
simo quinquagésimo sex-
to. Te Deum.

te constituam, intra
gáudium Domini tui. *V.*
Justum. or. ut in I. V.
V. a cap. de seq. com. *pro-*
Ant. Qui vult venire
post me, abneget se
metipsum et tollat cru-
cem suam et sequatur
me. *V.* Justus ut palma
or. ut in I. V.
Deinde s. Petri C.
Ant. Hic vir despicienti-
mundum et terræna, tri-
umphans divitias, colo-
condidit, ore manu. *V.*
Justum or. ut in I. V.

Die 5. Februarii.

Ss. Ingenuini et Albuli

Epp. Cc., Patron. princip.
Diocesis et Titul. Eccl.
Cath.

Duplex I. classis cum Oct.

In I. Vesperis.

Ant. et capit. de Laud.

Ps. ut in I. Vesp. de Com-
muni Apostolorum.

Hymnus.

*J*esu Sacerdotum decem
Jesu, Sacerdos
xime

semperne Pontifex,
audi precentes supplices.
Eni nos sacrorum Præ-
sulum
atrumque Brixinensium,
velis canentes vocibus,
audes tibi persolverimus.
stigregem conceditum,
uo redemptum sanguini-
ne,
non desierunt jūgiter
ura fidei pascere
Hi mente casta et cōr-
pore,
amore Christi saucii,
terra agēles, inte-
gram
duxere vitam coelitum.
Tentāli iidem plurimis
secli necessitatibus,
por arciam et angustiam
viam
venere ad ampla gaudia.
Presta beāta Trinitas,
per hos Patrōnos, quæ-
sumus,
vobis eādem sēmita
redes eāsdem scāndere.
Amen.

Ad Magnif. Ant. Ma-
gnificavit Dominus Sanc-
tos suos, ut sit illis et
sēmini eorum sacerdotii
dignitas in sēcula.

Oratio.

Deus, tuorum glória
Sacerdotum: presta
quæsumus; ut, qui sanc-
tōrum Confessorum tuō-
rum atque Pontificum
Ingenuini et Albuli na-
talitia cōlimus; eorum
auxilia sentiamus. Per
Dōminum nostrum,
In Quadrag. com. feriæ.

Ad Matutinum.

Invit. Regem Confesso-
rum Dōminum * Venite
adorémus.

Ps. Venite, exultémus.

Hymnus. Jesu Sacerdō-
tum decus, ut supra in
I. Vesperis.

In I. Nocturno.

Ant. Novit Dōminus
viam justōrum, qui in
lege ejus meditāntur die
ac nocte.

Ps. trium Nocturnorum ut
in Comuni Cont. Pont.
Ant. Prædicantes præ-

ceptum Dómini constitúti sunt in monte sancto ejus.

Ant. Tu es glória nostra, tu es susceptor noster Dómine, tu exaudisti nos de monte sancto tuo.

Y. Sacerdotes tui induantur justitiam. R. Et sancti tui exsultent.

De libro Ecclesiastici.

Lectio i.

Cap. 44.



audemus viros gloriosos, et patentes nostros in generatione sua. Multam gloriam fecit Dóminus magnificentia sua a sæculo. Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, et prudentia sua præditi, nuntiantes in prophetis dignitalem prophetarum, et imperantes in præsenti populo, et virtute prudentiæ populis sanctissima verba: in peritia sua requirentes modos musicos, et narrantes carmina scripturarum R. Isti sunt duo viri

misericordiæ, qui assistunt ante Dóminum:

Dominatorem universæ terræ. Y. Isti sunt duo olivæ, et duo candelabra lucéntia ante Dóminum, Dominatorem.

Lectio ii.

Hómnes divites in virtute, pulchritudinis studium habentes: pacificantes in dómibus suis, Omnes isti in generationibus gentis suæ gloriam adepti sunt, et in diebus suis habentur in laudibus. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: et sunt quorum non est memoria perierunt, quasi qui non fuerint: et nati sunt, quam non nati, et filii ipsorum cum ipsis.

R. Isti sunt, qui non coinquinaverunt vestimenta sua: * Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Y. Cantabunt Sancti canticum novum ante sedem Dei, et resonabat terra in voces eorum. Ambulabunt.

Lectio iii.

Sed illi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt: cum semine eorum permanant bona. Hereditas sancta nepotes eorum, et in testamentis stetit semen eorum, et filii eorum propter illos usque in æternum manent: semen eorum et glória eorum non derelinquetur. Cópula ipsorum in pace seculum vivit in generationem et generationem.

Sapientiam ipsorum narrent populi, et laudem eorum nuntiet Ecclesia.

R. Isti sunt viri sancti, quos elegit Dóminus in caritate non ficta: * Et dedit illis gloriam sempiternam. Sancti per eam vicérunt regna, operati sunt justitiam. Et dedit illis glória Patri. Et dedit illis.

In II. Nocturno.

Ant. Mirificavit Dóminus Sanctos suos, et

exaudivit eos clamantes ad se.

Ant. Sento bonae voluntatis tuae coronasti eos Dómine.

Ant. Admirabile est nomen tuum Dómine, quia glória et honore coronasti Sanctos tuos, et constituisti eos super ópera manuum tuarum.

Y. Sacerdotes ejus induam salutari. R. Et Sancti ejus exultatione exsultabunt.

Lectio iv.



ingenunus tempore Gregorii Magni, circa annum Dómini quingentesimum nonagesimum, Sabinonensem rexit Ecclesiam. Ecclesia hæc a S. Cassiano jam prioribus sæculis juxta antiquissimam traditionem erecta, propter frequentes barbarorum incursiones penitus desolata, non nisi raros Antistes habuit, inter quos sanctum Lucanum vetusta traditio

commemoratur. Divina ergo providentia factum fuit, ut sedes Sabionensis operum Francorum et Ducum Bajocariorum restaurata, ipsique Ingenuino regenda fuerit concedita. Licet vero tempora illa ob

factam brevi ante Longobardorum in Italiam irruptionem plurimum perturbata fuerint; Ingenuinus tamen curavit, ut Ecclesia cathedrális in montis Sabionensis veritate construeretur, quam in honorem salvificae Crucis, et sancti Martyris Cassiani sui Praedecessoris dedicavit: ad quam Ecclesiam, tamquam vestustissimum Christianae religionis in hac patria monumentum, primamque Episcopalem sedem frequentissime ex integra Dioecesi pie peregrinationes fuerunt institutae, et hodiè dum instituntur.

R. Super muros tuos, Jerusalem, constitui custodes: * Tota die ac

nocte non tacebunt laudare nomen Domini. **V.** Praedicabunt populus fortitudinem meam, et nuntiabunt gentibus gloriam meam. Tota die

Lectio v.

Grassabatur autem hunc temporis infelix illud contra quintam Synodum Constantinopolitanam, tria Capitula damnantem, schisma, cui multi quidem occidentales, et praesertim Provinciae Aquilejensis Episcopi, et inter hos etiam Ingenuinus involvati fuerunt, timentes, ne per hanc trium Capitulorum damnationem Concilium Chalcedonensis anathematizaretur: voluntas etiam obsequi adhortationibus Viglii Papae effectis, antequam Constantino-polim profectus: Ingenuinus tamen palerna sancti Gregorii Magni adhortatione, et vique prudentia, quae Theodelindam Longobardorum Regnam ad

Concilio quinti approbationem induxerat, ad expositam cum Ecclesia rationem compulsus fuisset merito credi potest. **Lagnis pro honore Dei infunctus laboribus Ingenuinus circa annum Domini sexcentlesimum gravavit in coelum Notis Februarii, sepultusque fuit in eadem Ecclesia, quam beatus ipse Praedecessor Martyriassianus in honorem ipsiusque matris hanc construxisset.**

R. Justi germinabunt sicut lilium, * Et floré-
bunt in aeternum ante
omnium. **V.** Plantati in
omni Domini, in ábrhis
omnis Dei nostri. Et.

Lectio vi.

Post quadringentos ferme annos circa annum nongentesimum septimum quartum Ottonis secundo et tertio, deinde Henrico sancto successu imperantibus, abbas Ecclesiae Sabio-

nensis Episcopus electus fuit. Is nobili Marchionum Carynthiae genere natus, et scholae episcopali erudiendus traditus propter admirabilem vitae integritatem a praefatis Imperatoribus, praesertim a sancto Henrico et magni habitus, et praeclearis beneficiis est affectus. Cum vero ante annos nonaginta praedictum regnum in loco Brixinae ecclesiae Sabionensi per Ludovicum Infantem donatum esset, hicque locus pro sede episcopali magis opportunus haberetur, hanc Albinus cum magna totus episcopatus utilitate Brixinam transtulit: simulque reliquias sancti sui antecessoris Ingenuini elevavit, et in choro ecclesiae Cathedrális debito cum honore asservavit. Cum et ipse ex patri-
monio suo plurima beneficia Ecclesiae suae contulisset, et suos consanguineos aliosque proprio

exemplo inviasset ad similia præstanda, omnesque optimi pastoris partes explevisset, deum sanctitate ac virtutum signis coruscans transivit ad Dominum circa annum millesimum quartum. Corpus ejus corpori sancti Ingeniimi per beatum successorem Hartmannum celebriter hæc ipsa obitus sui die appositum; utrumque vero per Episcopum Christophorum Andream de Spaur ex pristino sepulchro elevatum, in honorificis arcibus succedentes Episcopos reconditum et exornatum, hodièdum in Ecclesia Cathedrali religiose asservatur.

R. Isti sunt, qui ante Deum magnas virtutes operati sunt, et terra nostra doctrina eorum replèta est: * Ipsi intercedant pro peccatis omnium populorum. **V.** Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi, et perve-

nerunt ad cœlestia regna Ipsi. gl'oria Patri. **Ip**

In III. Nocturno.

Ant. D'omine, qui operati sunt justitiam, habitabunt in tabernaculo tuo, et requiescent in monte sancto tuo.

Ant. Posuisti, D'omine super caput eorum coronam de lapide prelioso

Ant. Hæc est generatio quaerentium D'ominum quaerentium faciem D'ejacob.

V. Sacerdotes D'omine benedicite D'ominum.

R. Servi D'omini hymnum dicite Deo

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum

Lectio vii. **Cap. 20**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis hanc parabolan hanc: Non peregre proficiscens, vocavit servos suos, et locavit illis bona sua reliqua.

Homilia S. Gregorii Papae

Homilia 9. in Evangelio



ectio sancti Evangelii. fratres carissimi, sollicite considerare nos admone ne nos, qui plus leviter in hoc mundo cepisse aliquid cernimus, ab auctore mundi avius inde judicemur.

in enim argenturadona, tiones etiam crescunt orum. Tanto ergo e humilior, atque ad viendum Deo promptus quisque debet exhere, quanto se obliorem esse conspicit reddenda ratione. Ecce homo, qui peregre proficiscitur, servos suos ent, eisque ad negotium talenta partitur. sed multum vero lenis, positurus rationem, velitur: bene operantur pro appotato lucro condnerat, servum vero bono opere torpentem ammal.

Vidi conjunctos viros bonos splendidas vestes et Angelus D'omini

locutus est ad me dicens: * Isti sunt viri sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi Angelum Dei fortem, volantem per medium caelum, voce magna clamantem, et dicentem. Isti sunt viri.

Lectio viii.

Quis itaque iste homo est, qui peregre proficiscitur, nisi Redemptor noster, qui in ea carne, quam assumpserat, abiit in caelum? Carnis enim locus proprius terra est; quæ quasi ad peregrinam ducitur, dum per Redemptorem nostrum in caelo collocatur. Sed homo iste peregre proficiscens, servis suis bona sua tradidit, quia fidelibus suis spiritalia dona concessit. Et uni quidem dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero commisit unum. Quinque etenim sunt corporis sensus, videlicet: visus, auditus, gustus, odoratus, et tactus. Quinque ergo talentis, donum quin-

que sensuum, id est, exteriorum scientia exprimitur. Duobus vero intellectus et operatio designatur. Unus autem talenti nomine, intellectus tantummodo designatur.

R. Sint lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando revertatur a nuptiis. V. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et vos. Gloria Patri. Et vos.

Lectio ix.

Sed is, qui quinque talenta accepit, alia quinque lucratus est: quia sunt nonnulli, qui etsi interna ac mystica penetrare nesciunt, pro intentione lamen supernae patriae docent, recta quos possunt, de ipsis exterioribus, quae acciperunt, duplum talentum portant: dumque se a

3. Coróna áurea * supra mitram eorum expressa signo sanctitatis, glóriæ et honoris.

4. Benedictionem * omnium gentium dedit illis, et testamentum suum confirmavit super caput eorum.

5. Laudantes Dominum in Sanctis suis, exalate illum, quantum potestis, major est enim omni laude.

Capit. Isai. 61.

Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicitur vobis: Fortitudinem vultum comedetis, et in gloria earum superbiétis.

Hymnus.

Jesus, Redemptor omnium,

corpes coroná Presulum, in hac die clementius vestris favéto precibus.

Tui sacri qua nómimis confessor utérque cláruit,

horum celebrat ámnua novola plebs solénnia.

Qui rite mundi gaudia
Hujus caduca spreverant,
Cum Angelis celestibus
Laeti potiuntur preemiis.

Horum benignus ámnue
Nobis sequi vestigia;
Horum precatu servulis
Dimilte noxam criminis.

Sit, Christe, Rex piissime,

Tibi, Patrique glória,
Cum Spiritu Paráclito,
Et nunc, et in perpetuum.
Amen.

V. Sacerdotes Domini incensum et panes offerunt. R. Ideo sancti erunt Deo suo.

Ad Bened. Ant. In sanctilale et iustitia servierunt Domino omnibus diebus suis: ideo stola glóriæ induit illos Dominus Deus Israël.

Oratio.

Deus luorum glória Sacerdotum, praesta quæsumus: ut, qui sanctorum Confessorum tuorum atque Pontificum Ingentini et Albuini na-

nora pacis attulit: hodie Angelorum et fidelium chori Immaculatam Conceptionem celebrantes gaudio exultant. Alleluja *Y.* Dignare me.

Oratio.

Deus, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum preeparasti: supplices a te quesumus; ut ejusdem Virginis apparitionem celebrantes, salutem mentis et corporis consequamur.

Ultimo com. ss. Septem Fundatorum *Ce.*

Ant. Non recedet laus tua, Virgo Maria, de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in aeternum, pro quibus non peperisti animae tuae.

Y. Hi viri misericordiae sunt, quorum pietates non defuerunt. **R.** Semen eorum et gloria eorum non derelinquetur.

Oratio.

Domine Jesu Christe, qui ad recolendam

memoriam dolorum sanctissimae Genitricis tuorum per Septem beatos Patres nova Servorum ejus Familia Ecclesiam tuam fecundasti: concede propitius; ita nos eorum consociari fetibus, ut perfuamur et gaudium Qui vivis et regnas.

In I. Nocturno Lectiones de Scriptura occurrente cum suis *Ris.* de tempore.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Maximi Episcopi.

Ex Homilia 59. quae est de s. Eusebio.

Lectio iv.

Beatorum Patrum Ingentium et Abunini membra

jam in tuto posita securi magnificemus: qui gubernaculum fidei vobis liter tenentes anchoram spei tranquilla jam in statione composuerunt et plenam coelestibus divitiis, et aeternis mercedibus navem optato in portu collocaverunt. Qui

contra omnes adversarios scutum timoris Dei tandem infatigabiliter tenuerunt, donec ad viciniam pervenirent. Quid nim fuit totus vitae illorum cursus, nisi unus eorum vigili hoste contentus?

R. Super muros tuos, Jerusalem, constitui ceteros: * Tota die nocte non tacebunt laudare nomen Domini *Y.* Praedicabunt populis fortitudinem meam, et annuntiabunt gentibus gloriam meam. Tota die.

Lectio v.

Quantis hi caecis a via veritatis errantibus de summa jam in profundum rupe pendens visum, et illum, quo Christus videtur, paraverunt intuitum? Quantorum auribus sursum, et infidelitatis obductione damnatis ad perpiendam vocem coelestium mandatorum pretiosum infuderunt auditum, ut vocanti Deo ad misericordiam responderent per obedientiam? Quantos intrinsecus vulneratos angelici oris arte, et orationum ab infirmitate curaverunt.

Lectio vi.

Quantos per longam labe leprose contagione perfusos, castigantibus, exhortationibus expiando, Deo in se operante, mundaverunt? Quantorum animas viventi in corpore jam defunctas, et delictorum mole obrutas, ac sepultas, ad emendationem, tamquam ad lucem vocando, Deo resuscitaverunt, ut Domini sui admirandi imitatores,

jam mortuas Deo. e contrario mortificarent vitali morte peccato?

R. Isti sunt, qui ante Deum magnas virtutes operati sunt, et terra nostra doctrina eorum repléta est. * Ipsi intercedant pro peccatis, omnium populorum. **V.** Isti sunt, qui contempserunt vitam mundi et pervernerunt ad cœlestia regna. **Gloria Patri. Ipsi.**

In III. Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio viii. Cap. 25.

In illo tempore dixit Jesus discipulis suis parabolam hanc: Homo peregre proficiscens vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorii

Papæ.

Ex Homilia 9. in Evangel.

Not ergo de talenti sui rationibus redente Domino quisque securus sit,

qua impediatur, ne, si in terra talentum abscondiderit, talenti Dominus ad eundiam provocetur. **R.** Quasi quippe peregre abiit, qui scilicet de terra, in qua natus est, longe discessit. Sed profecto reveritur, ut de talentis rationes ponat. Quia, si a bona actione torpescimus, de ipsis dominis, quæ contulit, districtius iudicabit.

R. Vidi conjunctos vestros habentes splendidas vestes et Angelus Domini locutus est ad eos dicens: * Isti sunt sancti, facti amici Dei. **V.** Vidi angelum fortem, volantem per medium cœli, et magna clamantem, dicentem. Isti sunt

Lectio ix.

Septem Fundatoribus.

Seculo tertio decimo, septem e Florentina civitate viri, nimirum Bonifacius Monaldus, Rognericus Manettus, Matheus Antellensis, Amicus de Arnidis, Ugucionus de Ugucionum, Sostenus de Sostenis et Alexius Falconerius, in

ruralem quandam aedificulam secessere Christi passionem ac maerentissimam ejusdem Matris dolores assidue recolentes. Illis beata virgo sacra Paragubrem vestem, quam induerent, ostendit, sibi que acceptissimum fore significavit, ut novum regularem ordinem excitarent, qui jugem recoleret ac promoveret memoriam dolorum, quos ipsa pertulit sub cruce Domini. Tunc sancti illi viri, beato Petro, ordinis Prædicatorum, martyre adiutore, ordinem Servorum beate Virginis instituerunt, et cum sociis civilitates et oppida excurrere cepérunt, ubi que Christum crucifixum verbo et exemplo prædicantes. Quos vero unum veræ fraternitatis amor in vita sociaverat, unum pariter demortuos contexit sepulchrum, unaque populi veneratio prosecuta est. Quare Clemens

undécimus et Benedictus
 décimus tertius delatum
 isdem individuum cul-
 tum confirmaverunt: Leo
 autem décimus tertius
 eos albo Sanctorum ac-
 censuit. Te Deum.

Ad Laud. pro com. ss. Fun-
 datorum Cf.

Ant. Ecce quam bonum
 et quam jucundum ha-

bitare fratres in unum
 ¶. Sit memoria illorum
 in benedictione R.
 ossa eorum pulverem
 loco suo.

Oratio ut supra.
 Ad V. ant. ad Magn.

Nomen eorum permanens
 in aeternum, perveniat
 ad filios eorum, sancto-
 rum virorum gloria.
 ¶. et or. ut in I. V.



Index alphabeticus.

- Agathæ V. M. com. 5. Februarii.
 Eusebii M. dupl. 31. Januarii.
 Hartmanni E. C. dupl. 23. Decembris.
 Ingenuini et Albuini Ee. Cc., Patronor. Diocesis. duplex
 1. classis cum octav. 5. Februarii.
 Ingenuini et Albuini Ee. Cc. octava. dupl. maj. 12. Fe-
 bruarii.
 Luciae V. M. com. 13. Decembris.
 Othiliae V. dupl. 13. Decembris.
 Pauli primi Eremitæ, C. com. 15. Januarii.
 Petri Canisii C. dupl. 22. Decembris.
 Petri Nolasei C. com. 31. Januarii.
 Romedii C. dupl. 13. Januarii.
 Septem Fundatorum Ordin. Servor. BMV. Cc. com.
 12. Februarii.
 Valentini E. C. com. 7. Januarii.